

De precepto VI

ctorem audiat. s. absq. resistētia. vide-
tur detractori p̄sire. Unde fit parti-
ceps peccati ei. Et siquidē inducat eū
ad dēbendū. vel saltē placeat dēctio
p̄pter odiū ei. cui detrahēt. nō minus
peccat q̄ detrahēs. 7 q̄ magl. **Un-**
de Bern. de p̄sideratione. Detrahēre
aut dēbentē audire quid bonū dāna-
bilē sit. non facile dixerī. Si x̄o ei pec-
catū non placeat. s. ex timore vel negli-
gentia vel etiā ex verēcūdia quadā ob-
mittit detrahentē repellere et ostēdere
q̄ ei detractio displiceat. tūc peccat q̄-
dem s. multomin⁹ q̄ detrahēs. 7 ple-
rūq. venialiter. Quādoq. etiā ipsū p̄t
esse mortale. vt q. nō ex officio incūbit
ei detrahentē corrigere. Vel etiā p̄p̄
aliquod periculū inde cōsequēs. Vel
p̄pter radicem qua timor human⁹ q̄-
q. potest esse pctm̄ mortale qd̄ sit quā-
do homo sic dispositus est. vt p̄p̄ timo-
rem cuiuscūq. rei tp̄alis faciat aliqd̄
p̄hibitū. vel p̄termittat aliqd̄ qd̄ ē p̄-
ceptū in lege diuina. Talis timor ē pec-
catū mortale. aliunde est veniale. Itē
qui libenter audiūt detrahēre. p̄m̄is
sunt sicut canes. Quia cū vnus canis
lēditur tunc omnes p̄currūt 7 euz lace-
rant 7 mordent. Sic similē faciūt de-
tractores cum audiunt alicui obloq̄.
tunc obloquētī applaudūt. insup 7 x̄-
ba sua etiā apponūt. Et sic animas su-
as p̄p̄rias occidūt. 7 mortē ęternam in-
currūt. Contra quos dicit Aug⁹. Nō
accōmodes aures tuas ad percipien-
da verba detrahentis. ne p̄cipias mor-
tem in anima tua. Detrahentē enim 7
audientē vtriusq. esca est mors anime
Et vt breuē p̄cludā. Detractor et li-
bens auditor diabolū portāt in lingua.
Unde quilibet inquātuz potest debet
compescere detractores. Unde legit ī
quodazepō qui erat in purgatorio et

vehementē affligebatur in fctore cleri-
ci sui existentis in inferno 7 ascenden-
tis ad ipsum. quia detractiones eius
quandoq. audierat 7 cum non satis
corripuerat. q̄ q̄ episcopus satis in se
bonus fuerat. Item q̄ infelix sit lingua
detractoris patet per hoc exemplum.
Fuit quidam maximus detractor reli-
giosorum 7 sacerdotum 7 aliorū bono-
rum hominū. qui tandem mortu⁹. p̄
multos x̄o annos cum aperiēbatur se
pulchrum eius. totum corpus ei⁹ pu-
tridum erat p̄ter linguam eius. S̄
rang. linguam illam inter se voluētēs
rodere non valebant in signum q̄ lin-
gua illa non erat digna in terraz redi-
gi pro eo q̄ mltos homines lēserat. Et
miser ille homo cuius lingua illa erat
iam in anima. 7 post iudiciū in corpore
7 anima in ęternum torquebit. nec ta-
men consumetur. Unde Apocal. xix.
Mors fugiet ab eis.

De sexto p̄cepto.

De mecha-
ter. Hoc sextū p̄ceptū ex-
presse p̄hibet lēsiōnē p̄i-
galē ī p̄sōa p̄iūcta. sic p̄cedēs p̄ceptuz
p̄hibebat lēsiōez alic⁹ ī p̄p̄a p̄sōa. **Un-**
de Aug. Hoc p̄ceptū p̄hibebat lēsi-
ōnē alic⁹ in p̄p̄ria p̄sōa. illud aut om-
nē illicitū concubitu⁹. 7 hoc implicite
vnde dicitur. Non mechaberis. i. nul-
li alteri excepto federe m̄rimonialī te
cōmisceris. vt dicit glo. in l̄. linearis.
Sciēdū tñ q̄ istud p̄ceptū trāsgre-
diunt septē ḡna hōim. **Primi** sūt for-
nicarij sicut solut⁹ cū soluta. Et lz qui
dā dixerint fornicationē simplices nō
esse pctm̄ mortale. s. tñ ben. de fir. dicit
esse falsuz 7 impossibile p̄p̄ duo. **Pri-**
mo q. fornicatio simplex in eīf ī diuina
lege p̄bibita. lex autē diuina nihil p̄-

De precepto VI

hibet nisi peccatum mortale. Secundo patet
evident quia nihil a participatione ce-
lesti regni excludit nisi peccatum mortale.
Sed propter simplicem fornicationem aliquis
excludit a participatione regni celestis
ut patet per apostolum Eph. v. Hoc autem sci-
tote quoniam fornicator aut immundus non ha-
bet partem in regno dei. Quare etc. Ex quo pa-
tet quod luxuria est malum peccatum quia nunquam
potest scienter et voluntarie fieri sine pec-
cato mortali. Homicidium potest fie-
ri sine peccato iusticia exigente: ut cum
iudex amore iusticie aliquem occidit.
Vel etiam quoniam vim vi repellere decet: ut
patet in quinto precepto. Item aliquis po-
test furari sine peccato in extrema ne-
cessitate: quia tunc omnia sunt comu-
nia. Item in festis potest quis laborare si-
ne peccato. Item quis quandoque potest iura-
re sine peccato. Et etiam quandoque iurame-
ntum recipere sine peccato. Similiter et irasci po-
test quis quandoque sine peccato. Sed nullus potest
fornicari sine peccato scienter quin morali-
ter peccet. Donamus quod aliquis nullum
malum cogitaverit: neque dixerit neque fe-
cerit: et omnia bona egerit que excogitari
possunt: et semel fornicet: et sic decedit
sine penitentia: tunc de necessitate dam-
nabitur. Etiam si omnes missas que usque ad
finem mundi celebrabunt ab ecclesia: pro
eo celebrarentur non liberaret eum a mor-
te eterna. Et propter illam brevem delecta-
tionem omni gaudio celi et societate bea-
torum privabitur. Unde Hiero. Qui luxuria
vitur vivens mortuus est. Sciendum quod ad
detestatorem huius fornicationis que fit cum me-
reticibus valet tria. Primum est hoc quod quoniam
sunt coniugate. Et sic quoniam aliquis credit se
peccare cum talibus simplici fornicatione
propter quod committit adulterium. Secundum
quod quoniam talis committit incestum: quod quoniam ta-
les meretrices cognite sunt a sanguini-
neis illis qui peccat cum eis. Ergo si duo

et sanguinei peccaret cum una soluta me-
retice: tunc primus absolvit a simplici
sacerdote: secundus autem mittitur ad au-
toritatem episcopi. Tertio quod qui cum talibus
peccat magno se committit discrimini: li-
cet non sint coniugate et affines eius. ipse
tamen secundum wilhelmu[m] lugdunensem in
summa vitiorum capitulo de luxuria
eque peccant ac si forerent: ex quo equalis
est contemptus. Defloratio virgi-
num que magnum peccatum sit.

Secundi sunt qui committunt
stuprum quod est illicita de-
floratio virginum. Ad dete-
stationem huius peccati sunt stupri va-
lent quattuor. Primum est magnitudo
huius peccati: que ostenditur in hoc
quod sieben filius emor: qui filius iacob di-
nam corrupit interfectus est de hac causa
cum patre suo et toto populo viribus suis. ut
legitur Genesim xxxiiij. ubi invenies histori-
am rei geste. Secundo quod hoc peccatum
aufert virginatatem que est thesaurus incompa-
rabilis. Unde Ecclesiasticus xxvj. Non est condi-
gna ponderatio continentis anime: om-
nia enim visibilia in terra precellit digni-
tas virginatatis. Unde Ambrosius in libro de offici-
is. Supergreditur virginitas conditio-
ne humane nature: pro qua homines angelis
similes. Item idem. Qui non nubunt et uxores
non ducunt sicut angeli in terra sunt. In-
signum huius dignitatis debet eis fructus eter-
num: cum coniugati solum debet tricesimum: et
viduis solum sexagesimum. Insuper pro dote
isto thesauro nunquam recuperari potest. Unde
Isidorus in libro de peccatis per penitentiam reci-
pit vulnerum sanitatem: virginitas autem si la-
bit nulla penitentia reparat ad integritatem: unde
etiam Hiero. Audet loqui cum etiam de omnia
possit suscitare: tamen non potest virginem pro ruina
valet quidem liberare de pena: sed non
valet coronare corruptam. Tertio
quia virgo casta est uxor et sponsa christi

quia est summus sacerdos: qui virgines
debet ducere in uxores. **U**t habet Le
uitici. xij. Modo si quis vere diligeret
sponsam virginis. i. christi. non spon
sam eius pollueret. Hoc patet si quis
maritum alicuius mulieris veraciter et fideliter
diligeret: uxorem eius nullo modo pol
lueret: etiam si uxor presentiret ei. Insuper
advertere deberet talis: quod christus qui
est sponsus virginis scit et videt quod spon
sa eius polluitur. Et si hoc tibi fieret cum
uxore tua legitima nonne punires illum
et irascereris super eum: qui tibi tales iniu
riam et irreuerentiam faceret in coniuge
tua: et cum hoc te presente et vidente.
Sic similiter attendendum est de christo
cui omnia nuda et apta sunt: qui indu
bitant talem irreuerentiam sibi in sua
sponsa facta et graviter in te vindicabit
nisi penitueris: et eius penitentia placave
ris. Quarto quod ille qui illicite deflorat
aliquam virginem aliquando est occasio mille
fornicationum quas ipsa postmodum com
mittit. Quia ille qui primo corrumpit clau
suram vel septem aliorum orti vel vinee: oc
casio est illius damni quod faciunt qui post
ea veniunt: qui aliter non intrassent.
Quia est communis regula. Quod quod occasi
onem damni dat: damnum fecisse videtur.
Et talis virgo sic corrupta quicquid nun
quam maritum legitimum habebit: sed com
muni omnibus erit. Et quoties peccata sic pe
trauerit: ille qui eam permittit violavit om
nium reus erit. Sciendum quod hec est diffe
rentia inter stuprum et raptum. Nam stuprum
est illicita defloratio virginum: ita tamen
quod ipsa puella spontanea voluntate ta
lem deflorationem presentiat. Raptus autem
dicitur quicquid per raptorem violentiam vir
go deflorat. Et talis raptor graviter pec
cat: et debet excoriorari cum omnibus suis fauto
ribus. **U**t patet. xxxvi. q. ij. c. j. Unde
etiam dicitur. **E**xtra de adulterio. **Q**uod si quis

deflorat virginem inuitam tenet ducere
eam vel maritare. Sed si defloret eam
voluntariam ad neutrum tenet. In foro tamen
penitentiali est iniungendum. **Q**uod puella
satisfaciat: vel cum ea componat. Ergo
confessores debent iniungere illis qui
virgines defloraverunt pro peniten
tia quod eis satisfaciant. Tamen nunquam potest
tale donum plene recompensare: quia vir
ginitas est thesaurus incomparabilis. **Q**uod
illi deflorescentes virginum graviter pu
niantur patet per tale exemplum. Miles
quidam virginem quadam sepius cor
ruperat: quo mortuo cum illa pro eo ora
ret et fletet: mortuus miles visibiliter ap
parens ei voce raucissima eam alloquitur
Quod dum quereretur causa raucitatis
eius: ait. Quia in voce dulcedine glo
riabar: cantilenas luxuriosas et secula
res decantando. Cuius cum crura ni
gerrima et scabiosa et ulceribus plena ap
parerent. **E**t inquireretur causa. Respondit quod
multum gloriabar in cruribus meis de
pulchritudine: more militari illa exten
dens et ornans super te. nunc in spinas
gradior crucior et vulneror in illis. **I**
lla iterum dixit. **D**omine quis est reliquus sta
tus vester. **E**t ille aperit oculos tuos et
vide: et reiecit pallium a pectore quod ami
ctus videbatur: et vidit maximum bufonem
et terribilium pectori eius inherentes:
ita ut brachijs eius collum stringeret: et
os suum ori illius iningeret. **Q**ui etiam
venter per ventrem dependens: pedibus
eius genitalia quasi quibusdam loribus stri
geret: ligare videbat. **R**equisitus qua
re hoc pateret: Respondit pro osculis lu
bricis quibus te et alias mulieres illicite
osculatus sum hec patior oscula: pro
amplexibus tuis stringor amplexibus bu
fonis: pro opere libidinis in genitali
bus crucior sine cessatione. **C**um mu
lier areret utrum ab his penis esset liberata

De precepto VI

aus. Respondit. Non oras p me qz nihil mihi prodest: quia eternaliter dānatus sum. 7 hoc ideo quia medicinā penitētię neglexi. hoc dicto disparuit. Mulier postea inclusoriz elegit 7 ibi peccata sua desinit.

De adulterio.

Quarti sunt qui transgrediuntur legē piugalis pmissionis qui fidē piugalis thori temere violātes per adulteriū se polluunt. **U**n dicit. Adulteratio est quasi ad alteri thoriū illicita accessio. Et ideo adulteriū est graui⁹ peccatū qz stuprū qz maior sit iniuria in abusu mulieris que alteri potestati sibi citur. Magnitudo huius vitij potest ostēdi p sex. **P**rimo qz s̄ est cōtra sacm̄ m̄rimoniū: qd̄ ipse deus instituit in paradiso in statu innocentie vnde fit iniuria tāto sacramento non absqz magna dei cōtumeilia. Si monach⁹ professus ordinis s̄cti benedicti vel alteri s̄cti peccat transgrediendo ordinē quē ille factus instituit quid tunc de illis qui transgrediunt ordinē quē de⁹ p se instituit: scz m̄rimoniū. **S**ecūdo p hoc qz est p̄trariū iuri naturali. Unde enim ex precepto iuri naturalis est hoc. Qd̄ tibi nō vis fieri alteri ne facias. Ergo sicut tu non velles qz aliqz cū vxore tua peccaret: sic tu non pecces cū vxore alterius. **I**us ḡ naturale docet hominē qz s̄ nullo modo debet facere homini alteri qd̄ odit sibi fieri. **T**ertio qz hoc peccatū exuperat omne furtū tpale: qz illud qd̄ sic aufert suo pximo est maius q̄cunqz terrena substantia: hoc patet qz pl⁹ debet diligere vxorē sup oīa tpalia: imo sup alios homines in mundo existentes. **U**n Gen. ij. dixit adā d̄ eua vxore sua. **P**ropter hoc relinquet hō patrē 7 matrem: 7 adheret vxori suę. In signis

huius multi sunt qui potius vellent ex hereditari 7 omnib⁹ tpalib⁹ pvari: qz hoc malum scienter 7 voluntarie i suis vxorib⁹ sustinere. **Q**uarto qz s̄ vitium quodāmō assimilatur homicidio. Cum enim vir 7 mulier sint vna caro: vt patet ex veteri testamento: vñ habetur Gen. ij. qz post qz misit dñs soporē in adā: tulit vnam de costis eius: 7 inde formauit euā. Tūc post soporē 7 formationē dixit adā. Hoc os ex ossib⁹ meis 7 caro de carne mea. Itē in nouo testamento vt habet in euangelio. Marc. x. vbi christus dicit. Jam nō sunt duo sed vna caro. Ergo qui aufert vxorē suam alicui: idem est ac si ipsū ei auferret. Ergo prohibitio adulterij in decalogo immediate ponit p⁹ prohibitio nē homicidij: 7 ante prohibitionē furti. **U**n Clemens papa. Quid in oib⁹ peccatū adulterio grauius: scdm̄ enī in p̄nis locum tenet: i. in prohibitionib⁹. **Q**uinto potest ostēdi per mala que sequuntur ex adulterio. Sequuntur autē ex s̄ peccato homicidia. **U**n de dauid cum in adulterium cecidisset fecit interfici fidelem militē suū. Sequitur inde etiā qnqz incestus: vt s̄ quis cognoscat filiam patris sui vel ei⁹ vxorem: ignorans quis sit pater eius. Itē sequuntur ex hoc peccato exheredationes. **U**n Eccl. xxij. Mulier relinquet suū virū peccabit: statuēs hereditatē ex alieno m̄rimonio. Sciendū qz mulier que de adulterio p̄cepit filius: ita qz ille puer qui non est filius suscipit sibi expensas ab eo qui putatur esse pater: 7 suscipit hereditatem cum alijs filijs qui sunt veri heredes. Tunc talis mulier 7 similiter talis filius spurius si s̄ scienter fecerint 7 admiserint in p̄iudicium heredum: ambo taz mulier qz spurius damnabunt si sic decedunt.

Ergo consulte agendum est mulieri in tali casu fm informationez discreti cōfessoris. Et de hac materia plen⁹ habetur in sūma pisana. Adulteriū. 1. ij.

Sexto potest offendi grauitas ad alterij ex pēnis que infliguntur pro b̄vicio. Pro quo sciendum q̄ adulterium punitur quandoq̄ corporaliter. quandoq̄ temporaliter. quādoq̄ spiritualiter. quandoq̄ eternaliter. Et p̄mo corporaliter quandoq̄ a deo. Unde. ij. Regl. xij. Dixit Nathan ad Dauid postq̄ commisit adulterium. Nō recedet gladius de domo tua vsq̄ in sempiternum. eo q̄ despereris me ⁊ tu. lerl. vxorem viq̄ ethi. Et quandoq̄ talis adulter ex permissione diuina torquetur quādoq̄ hic in presenti a diabolo in terrorem aliorum. Unde Petrus damianus dicit q̄ quidā vir ruscus in vigilia s̄ctoꝝ Verualij ⁊ Prothasij martyrum mane surgens boues suos ad pascua duxit. sed vicinus su⁹ se illum febricitantem simulās: lectuz vxoris ingreditur quem vxor vt maritum suū febricitantē ⁊ frigus sustinentem amplectit. quam ille cognoscens statim recessit. Nec multo post marit⁹ eius rediens stratum recepit. ⁊ debitū petiuit. Qui vxor exprobrās ait. Optime poterl. hodie ecclesiam martyruꝝ ingredi q̄ tibi contigua est cuz ceterl. christianis. Cūq̄ ille attentius audiret quid illa loqueret. ⁊ p̄ ordinē didicisset. Consternati mente cognouerūt se esse delusos. Tandē sumpto spū v̄dictam a dño postulabāt. ⁊ vt latentem adulteriū notū faceret. Vox adulter demone plenus ⁊ seipsū lacerās ecclesiam intrauit modo in altū volās. modo in ima se precipitans. modo ad parietem caput elidens. modo ad pauiētum se prosternens. tandē infelicem ani-

mam coram populo exalauit. Itē quādoq̄ puniunt t̄paliter vt a iure. quādoq̄ sustigant. ⁊ quōdam lapidabantur. vt pt̄z Job. viij. Ubi scribe ⁊ pharisai duxerunt mulierē in adulterio deprehensam ad iesum dicētes. M̄ moyses p̄cepisset tales lapidari. tūc chris̄t⁹ dixit. Qui sine peccato est v̄m̄ p̄mus eam lapidē mittat. Sed si modo omnes deberēt lapidari. forte lapides deficerent. Et si hic non tamen in futuro ipsi p̄tinget si nō p̄cūnerint. Item spiritualiter. s̄ in priuatione regni celestis. Unde Apostol⁹. Adulteri regnū dei non possidebunt. Item eternaliter. Unde Apoc. xi. Erit pars eoz ī sterno ⁊ sulphure ⁊ igne v̄renti. Osee. ij. Omnes adulterātes q̄si cliban⁹ accensus. Unde exemplū Legit q̄ quidam vir sanct⁹ ⁊ deuot⁹ orauit. p̄ vxore sua defuncta. Illa apparēs dixit ei. V̄ se q̄ retuream. ⁊ duxit eū ad domū teterrimā in q̄ vidit demones horribiles portantes cupā v̄nā ignē in quaz. piecerunt burgensem v̄nū mortuū de villa sua et vxorem alterius: ⁊ ibi comburebantur ⁊ balneabant tanq̄ in metallo bullienti. Et natabant in tali p̄cna tanq̄ p̄sa in olla bulliētī. ⁊ ambo clamauerūt. v̄. v̄. v̄. Quod ille audiēs perterritus est. Tunc vxor eius dixit ei. Cū his q̄s bene nosti balnearer ego eternaliter. nisi misericordia dei p̄ penitentiā a peccato me renocasset. Illi enīz duo relicto maritali thoro adulterio sibi inuicem adheserunt diu siml. peccantes. ⁊ horum peccatoruz ego mediatrix fui. ⁊ eis modum et viam ad hoc tedi perpetrandum. Sed illis in peccatis morientibus. ego penitentiā par tuli salutarem. Tunc vir dixit. Quid tunc eis profuit confessio in agone et sacramentozum susceptio. Respondit

De precepto VI

mulier nihil eis profuit quia ex charitate non sed ex timore peccavit talis confessio penitentia. Unde Apostolus. Sola charitas est que liberat a morte. Ergo quod non fit ex charitate non est merito vitæ eternæ. **¶** Quarti transgrediuntur legem regulam professionis qui votum continentis quo se deo astrinxerunt miserabiliter violant. Et isti peccant contra fidem deo datam et contra veritatem diuinæ obligationis qua se deo astrinxerunt. Unde tales sacrilegi dicuntur: ut sunt religiosi et sacerdotes in sacris ordinibus constituti et sanctimoniales postquam per relationem fuerunt domino consecrati. Et hoc peccatum est omnibus predictis grauius quia in eo maior fit iniuria ipsi deo. **¶** Quinti transgrediuntur legem naturalis conditionis: ut incestuosus: qui cum parentibus suis commiscetur. Quod tamen aliquando animalia bruta facere videntur. Et patet de camelo qui super matrem suam commiscetur. An narrat philosophus. xi. li. de animalibus. Quod quidam oculos cameli cum clamide sua obtegit: et sic matrem suam commiscetur. Quod cum camelus post concubitum agnouisset statim illum calcibus peremit: et suis pedibus conculcauit. Item hoc peccatum hominem quasi canem reddit. Canis enim in opere suo non habet sanguinitatem. Item propter magnitudinem istius peccati. Apostolus paulus tradidit sathanæ ad cruciandum illum fornicatorem qui cum nouerca sua peccauit. Et habetur. i. ad Cor. v. **¶** Sexti transgrediuntur legem naturalis inclinationis: qui vitio indicibili se contaminant contra naturam peccantes et naturaliter vitiosos coeundi: quacumque arte vel ingenio pervertentes. Et hoc peccatum secundum Augustinum est grauius omnibus alijs: propter quod mutum vel indicibile dicitur: eo quod ipsum nominare turpissimum est. Item os di-

centium et aures audientium polluantur inde ut patet. xxxij. q. v. In eo. Et istud idem peccatum propter suam enormitatem est vniuersum de peccatis clamantibus ad diuinam ultionem: et eam in gremio postulantes. Unde Beatus Hieronymus. xix. dixit dominus. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est: et peccatum eorum aggrauatum est nimis. Et postea dominus quasi admiratus et dubitans super tanto scelere dicit. Descende et videbo vitæ clamorem opere compleuerunt: quasi diceret. Incredibile mihi videtur homines tantum flagitium perpetrasse: et tamen peccatum in natura humana esse. Et hoc fuit etiam vna causa quare christus tantum diuinitatis incarnari. Etiam in signum huiusmodi omnes sodomitæ extincti sunt in nocte natiuitatis christi. Ad designandum quod a modo humana natura nunquam incurrere deberet ille peccatum: quia naturam filii dei dignificauit cum homo natus sit. Et sciendum quod tales sodomitæ pessimi homines sunt. **¶** In Beatus Hieronymus. xij. Homines autem sodomitæ erant pessimi: et peccatores coram domino nimis. Item grauitas illius peccati patet ex vindicta subuersiois quoniam civitatem in qua vindicta attendenda est quod dominus non solum puniri nocentes voluit: sed etiam innocentes scilicet paruulos vnius diei. In hoc est primum pueri ne diuinitatem viuentes exempla patrum sequerentur: et grauius dānantur. Et etiam circumiacentes regiones punire voluit: nec solum homines sed etiam animalia in terra nascētia. Ipsamque terram destruxit: eam conuertendo in mare mortuum: in quo nihil vivit nec avis nec piscis. Unde Beatus Hieronymus. xix. Dominus pluit super sodomam et gomorram ignem et sulphur de celo et subuertit civitates has et omnem regionem: vniuersos habitatores urbium et cuncta terre videntia. Et cum ista pena punitus est hoc peccatum a tempore Abrahæ.
f 2

Ad hanc diem et interim longū spacium est transactum. Quia ab Abrahā vsq; ad christum elapsi sunt duo milia sexcēti septuaginta sex anni. A christo autem iam transacti sūt mille quadringenti quadraginta quattuor anni. His simul computati sūt quattuor milia annorum centuz et viginti anni. Et adhuc vsq; hodie semper puni hoc peccatum: quot ante tot annos perpetratum est. quia nihil potest ibi vivere nec quis nec pisces. Ergo idem locus dicitur iam mare mortuuz. Item nec hō cogitare debet de tali peccato. Unde vxor ipsi? Loth educta de sodomis cum filiabus et marito respiciēs retro versa est in statuā salis. ad ostēdendū quāntū displiceat deo memoria huius peccati.

Actus m̄rimoniū quando est peccatum et quando non.

Septimi transgrediuntur leges naturalis dilectionis. vt sūt ipsi coniuges concubitus coniugalem cum nimia libidine exercentes. Ad cuius pleniorē intellectum ē notandum quod actus matrimonialis fit sex modis. Primo cuz fit causa prolis procreande ad cultum dei. et hoc est opus pietatis et nullum peccatum. sed potius meritorium. Unde Gen. i. Dixit dominus ad Adam et Euan. Crescite et multiplicamini. Secundo cū fit causa reddendi debitum. Et hoc est actus iusticie. Unde Apostolus Uxori vir debitus reddat. Quia quilibet in matrimonio constitutus tenetur reddere debitū cū ab eo exigitur pro loco et tempore. Et si hoc ex contemptu dimitteret. grauius peccaret. Et tali modo actus matrimonialis ad reddendum debitum pro loco et tempore nullum est peccatum: sed potius meritorium. Tertio cum fit causa fornicationis vitandę: non i se

sed in ipsa cōiuge. Et hic actus ē etiā licitus et nullum peccatum. Nō tamē videtur habere rationē meriti. Et isto modo antiqui patres vsi sunt actu cōiugali cum magno timore dei et cū magna mentis puritate solum intendentes in eo diuini cultus propagacionem. Quarto fit causa delectatiōis: et tunc distinguitur: vel illam delectacionem exercet affectu maritali aut fornicario. Si maritali: vt potest delectatiō consistat infra terminos matrimonij. ita quod eam non cognosceret: si vxor eius nō esset. sic solum peccaret venialiter. Si autem affectu fornicario. vt puta quādo affectus delectacionis et concupiscentie fertur extra terminos matrimonij. ita quod eā cognoscere vellet: etiā si vxor eius non esset. et tunc peccat mortaliter. Quia tunc amor istius delectacionis preponitur deo. Quinto committitur actus matrimonialis qui dicitur impetuosis et est iste actus qui ex sola libidine proueniens metas honestatis et rationis transcendēs. Quod fit primo faciēdo libidinem per meretrices blandicias: aut causa explēde libidinis vt cū vtuntur calidis et incentiuis: vt potentior sit illo facto. Vel cum conatur facere cum non appetat: tunc credo eum mortaliter peccare. xxxij. q. iij. Origo Sexto cum contra naturam: vel naturalem vsu cognoscit vxorem suam. tunc mortalissime peccat. Quia omne animal naturam suam seruat: sic etiā debet homo. Non enim debet homo esse sicut equus et mulus vel aliud animal brutum. Ps. Nolite fieri sicut equus et mulus etc. Istud peccatū est maximē ita quod predicator. propter suaz turpitudinem nō audeat nominare. imo in omnes species luxurie est pessima. Quā quia sunt species luxurie. Simplex forni

De precepto VI

catio. stuprum. adulterium. incestus et peccatum contra naturam quod est pessimum. Unde Gregorius. Gravissime peccant adulteri. sed gravius incestuosi sed omnes transcendunt contra naturam delinquentes. Unde Augustinus. Valde detestabile esset quod esset mulier accincta gladio: et vir fusa. Istud peccatum clamat ad celum propter suam enormitatem. Et est maius quam si quis cum propria matre peccaret. Unde caute est de hoc peccato loquendum.

Quo tempore ab actu matrimoniali sit abstinendum.

Sciendum quod sunt quinque tempora in quibus ab actu matrimoniali abstinendum est. Primum tempus est quadragesima ante pascha. quia tunc legitur in capite ieiunij Egrediatur sponsus de cubili suo. et sponsa de thalamo suo. Etiam merito. Quia sicut quis ieiunat a cibo corporali. sic etiam debet abstinere a delectatione carnali. Et ut ipsi peccatori a deo dimittat quod illicite contra deum per totum annum vivendo commisit: per istud sacrum tempus sibi etiam licita abstrahere debet. Unde Bernardus in sermone de sanctificatione ieiunij. Nam in eo quod ab ipsis licite abstinemus: ea nobis illicita adonant: quam prius commisimus. Unde Ambrosius. Nullus omnino in quadragesima uxori sue ante octavas pasche iungat. Secundum tempus est quattuor temporum et dies rogationum quia tunc rogat ecclesia pro magnis et arduis causis. Primo rogat deum ut bella sedet quam in vere frequenter fiunt. Secundo ut teneros fructus conservet et multiplicet. Tertio ut ad receptionem spiritus sancti habilitemur. Augustinus. Tempore processions et ieiuniorum non licet coniugibus convenire: quia tunc a licite abstinendum est: ut facilius impe-

tretur quod postuletur. Tertium est tempore sacrorum dierum et sacrarum noctium. Exemplum Gregorius in libro dialogorum dicit quod quedam legitima a viro suo cognita in sabbato de nocte: et cum die dominica processioni se coniungeret: a diabolo rapiebatur coram omni populo: et multum vexabatur et torquabatur ab eo. Quartum est tempus infirmitatis feminarum: item tempore menstrui. Quia ut dicit Hieronymus. tunc accipiunt pueri membrum condemnati et leprosi. et tunc patebunt peccata parentum. Quintum est tempus purgationis et purificationis. Unde dicitur utrumque licet petere dubium vel redde re tempore ignorantis: Respondeo. Item Petrum. Si esse potest sine periculo abortus reddi debet: et etiam potest sine peccato mortali exigi: quia usus matrimonij non tantum est in officium: sed etiam in remedium. Si vero esset periculum pueri existens in utero: non debet exigi nec reddi: quia in matrimonio principalior est institutio in officium quam in remedium. Similiter post partum. id est ante tempus purificationis non licet eos convenire. Unde Augustinus. Si quis mulieri in puerperio commisceretur: peccatum valde magnum perpetrat: et mulieres quandoque ex hoc non parant amplius quia semen viri cum sanguine mortificatur. Et hoc maxime contingit si infra decem dies conveniunt. Quod pueri sic negliguntur de quibus redduntur tales rationem. scilicet parentes. Et valde absurdum est quod homines rationales hoc tempus non servant. Unde Aristoteles. animalium dicit. Femina elephantum impregnata a masculo: omnino non tangitur ab eo: et post partum quiescit per triennium. Unde etiam dicit Augustinus. Quod tempora predicta non servant quod tales pueri

Eni qui tunc concipiuntur: efficiuntur epileptici ceci claudi surdi et stulti et obsessi a demone. Et tunc patebunt peccata parentum istorum in pueris. Queritur utrum peccent iuges exigendo vel reddendo debitum in sollemnitatibus et ieiuniis: Respondeo secundum Ray. Exactus debet reddere nisi caute et sine periculo possit differre. Exigere tamen non debet in perdictis temporibus. i. Chorin. vij. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ad tempus de consensu ut vacet orationi. Nam propter dies processions et ieiuniorum conuenire non debent: quia etiam a licet abstinendum est: ut facilius impetret quod postulat. xxxij. q. iij. Christiano. Idem dicitur de temporibus festiuis. xxxij. q. iij. Quotienscumque. Ita quod qui reddit illis temporibus non peccat: sed qui exigit aliqua infirmitate: ut puta propter cupiscentia ductus: siue propter tempus: siue ecclesiasticę exhortationis vel ordinationis: vel aliter peccat. Concordat Tho. Si existit elici potest quod qui pertinaciter et ex contemptu temporis sacri vel ordinationis ecclesię exigit debitum istis diebus peccat mortaliter: sed non ista persona que reddit debitum: cum tamen potius ob reuerentiam dei et sanctorum abstineret. Ergo acriter arguendi sunt illi pertinaces et obstinati qui temere exigunt debitum illis diebus: sine omni timore dei.

De septimo precepto.

An furtum facies. Ubi secundum Augustinum prohibetur omnis protractio rei alienę proueniens ex cupiditate vel iniuria. Et sic contra illud preceptum peccant. xvij. genera hominum. Et sunt primi raptores qui aliena violenter rapiunt. Et tres raptores in tribus peiores sunt diabolo. Primo

quia diabolus solus torquet in futuro eos qui hic male agunt: sed illi econuerso plus torquent et spoliant bonos quam malos. Unde Esa. lix. Qui recessit a malo prode patuit. Et puerbi. xix. Viri sanguinum oderunt simplicem. Diabolus iustificare se potest in comparatione istorum dicens. Ego affixi in inferno solum illos qui meruerunt. Illi econuerso illos spoliauerunt qui nunquam meruerunt. Secundo quia diabolus timet angelum hominis et signum crucis: et aquam benedictam et non violentiam facit homini in corpore sed raptores nec timet angelum: nec etiam ipsum deum: nec signum crucis: nec aquam benedictam: sed suam seuitiam exercent violenter in hominem eum spoliando. Tertio quia in inferno punit diabolus ubi est proprius locus tormentorum: sed illi in mundo ubi deus dedit homini libertatem de se et suis rebus facere secundum voluntatem. Ergo merito illi raptores potest dici angeli diaboli missi in mundum ad faciendum illud in mundo quod facit diabolus in inferno. Ergo dicitur eis in iudicio extremo. Ite maledicti in ignem genitum qui paratus est. Unde queritur utrum rapina grauius peccatum sit quam furtum: Respondeo secundum Tho. in summa. q. lx. ar. ix. Quod sic quia violentia magis est contra voluntatem quam ignorantia. Item pro rapinam non solum inferunt iniuriam alicui in rebus: sed etiam vergitur in quadam persone iniuriam. Quod autem homines iniqui minus verecundantur de rapina quam de furto: hoc est ex eo quia homines sensibilibus inherentes magis gloriantur de virtute exteriori: que magis manifestatur in rapina quam de virtute interiori: que tollitur per peccatum. Et ideo minus verecundantur de rapina. Sciendum autem quod non solum rapto